



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Sermo Dei habendus est in aure, in ore, in corde & manu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTO. 206

peccatorū ablutio. Apoc. Qui dilexit Apoc. 1
nos & lauit nos à peccatis nostris in
sanguine suo, &c. Heb. Ut sanctifica- Heb. 12
ret per suum sanguinem populum
extra portam passus est. Tertium est
ianua cœlestis aperitio. Heb. Haben
tes itaque fratres fiduciam in introitu
sanctorum in sanguine Christi, qui
initiauit nobis uiam nouam. Quar-
tum est, continua ad deum oratio.
Clamat enim continuè sanguis Chri-
sti ad patrem. Heb. Accesistis ad san-
guinis aspersionem melius loquen-
tem quam Abel, sanguis Abel clama-
uit uindictam, sanguis Christi clamat
indulgentiam. Quintum est sancto-
rum de inferno eductio. Zach. Tu au-
tem in sanguine tuo eduxisti uinctos
de lacu, in quo non est aqua.

Sermo Dei habendus est in aure,
in ore, in corde, & in manu.

In aure habendus est per frequen-
tem ipsius auditionem. Isa. 55. In
climate aurem uestram & uenite
ad me, audite & uiuet anima uestra.
Mat. Qui habet aures audiēdi, audiat. Mat. 13
In ore per iugem cum deo locutio-
nem. Psal. In labiis meis pronuncia-
ui omnia iudicia oris tui, &c. Vnde
S 2

CHRISTIANA

Augus. dicebat P. Augustinus . Damihilumen in corde, uerbum in ore, ut cor
meditetur gloriam tuam , & lingua
mea cantet tota die laudes tuas . In
Psa. 118 corde habendus est per iugem recor-
dationem . Psal . In corde meo abscon-
di eloquia tua , ut non peccem tibi .
**Deut. 4.
et. II.** Deut . Audi Israel mandata mea , &
ea in corde tuo quasi in libro scribe .
Psa. 120 In manu habendus est , per continuā
operationē . Psal . leuauai manus meas
ad mandata tua , quæ dilexi , &c .

*Sermo sapientis debet habere
quatuor .*

Eccl. 21 **P**rimo , debet examinationem .
Ecclesiasticus . Verba pruden-
tium statera ponderabuntur .
Prou. 17 **P**rou . 17 . Qui moderatur sermones
suos , doctus & prudens est ; stultus si
tacuerit , sapiens reputabitur . Isydo .
Hieron. Prius sermo ad limam , quām ad lim-
guam . Et Hieronymus . In loquen-
do peritus esto multum , ante delibera-
ra quid dicas , ne reuocare non pos-
Ecc. 20 fisis quod dicis . Secundo temporis
oportunitatem . Ecclesiasticus . Homo
sapiens tacebit usque ad tempus , la-
scivus autem & imprudens non ser-
uabit tempus . Isydorus ait . Intende